



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CXXI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

Bar. & Bal. in l. ii. C. de rescin. uend. late. Cæpol. in suo tra-
cta. de contract. simulat. nu. 15. Gui. papa q. 516. nu. 2. Boe.
q. 183. nu. 16. all. Ias. in l. pacta nouissima. C. de pact. & Bal.
in l. per retentionem nu. 2. C. de usur. Alex. confi. 122. col.
i in fi. uerfi. ideo prima facie. uol. 2. Barba. confi. 5. in prin.
uol. i. glo. not. in l. generali. C. de tabul. l. x.

1 Fallit etiam quando in instrumento appareret de erro-
re manifesto appposito per notarium sicut etiam error ad-
iectus in sententia impedit executionem sententiæ ubi
incontinenti ex actis apparere potest de ipso errore. Ita
lo de Imola in c. cum berta extra de re iudicat. Guid. pa-
pa q. 50. nu. 2. uerfi. maxime quando nullitas, ita etiam in-
ficit instrumentum, ut ex eo nullam meretur executione,
quia ubi error est, ibi consensus non adest. uulgat. l. con-
sensui. §. f. ibi nõ uideretur cõsentire, qui errant. ff. de reg. iu.

R E G U L A C X X I.

1 Obligatio facta de omnibus bonis suis, intelligitur
etiam de alienis bonis, a se bona fide possessis. Bal. in l.
certi iuris, in fine. nu. 13. C. locati. Roma. sing. 636. nu. 1.
all. tex. in l. si ab eo. ff. de pignor. & Bal. in l. & quæ nondum
ff. eo. tit. quia qui bona fide possidet habetur pro uero do-
mino, & fructus lucratur. secundum Rom. sing. 534. & hoc
propter dictionem suis, qui bona ad se pleno iure perti-
neant. secundum Luc. de Pen. in l. omnes. nu. 23. C. de
decur. l. x. pronomina. n. meum, tuum, suum. Denotant
q̄ res ad se pleno iure pertineat quo ad proprietatem &
usumfructum, secundum tex. in l. seruos, in princ. ff. de
leg. iii. quam perpetuo obserua.

1 Amplia. ut si possideat bona fide cum titulo iudicis de-
creto quia eo tunc dicitur uerus dominus. Ita Bal. in l. si
finita. §. non autem. nu. 4. ff. de damno infect. q̄ not.

2 Amplia. ut hoc pronomen meum, tuum, & suum de-
notat rem de qua agitur pleno iure ad se spectare, & quo
ad dominium. i. proprietatem, & usumfructum. l. seruos, in
princ. ff. de l. iii. interdum denotat rem communem, in-
terdu

interdum dicitur esse alicuius quo ad protectionem, tunc aliquando significat quod is talis habeat directum dominium utilem, dominium interdum fit feudalis, uel emphyteota, uel miles de quibus plene in l. p. C. de thesaur. l. x. & uide cas de Pen. in l. omnes. C. de decur. l. x. nu. 23.

- 3 Amplia. etiam ut hoc pronomen meum dicitur, latius sumpto uocabulo quod est. mihi debitum. secundum Bar. in ma. in consi. 259. num. 2. alleg. tex. in l. si me & ricium. ff. cert. pet. & l. si pecuniam. C. de neg. gest. & l. i. ff. quod cum eo: cum aliis infinitis.

REGULA CXXII.

- 1 Obligationibus facti succedit obligatio ad interest. Ita Bar. in l. stipulationes non diuiduntur. in princ. in de cemo contrario. & in q. 9. ff. de uer. oblig. & Pont. in l. hereditatem. ff. de donat. Corn. consi. 256. primus A & B. nu. 4. Soc. in l. qui Romæ. §. Flavius hermes. nu. 3. ff. de uerb. oblig. Soc. in Regu. 337. qui ponit tres fallentias, quas cum nino, uide & considera infra scriptas.

- 1 Fallit de iure cāno. ubi si in obligatione facti interuenit iuramentum. iurans præcise tenetur ad factum. Ita Acc. de Bur. in c. fin. extra ne prælati. V. suas. & Corn. d. consi. 256. l. 6. uol. 4. quod not.

- 2 Fallit etiam fauore libertatis. Ita Soc. in d. §. flauus. nu. 3. ff. de uerb. oblig. alle. tex. in l. liber. homo. §. decem. ff. secundo. ff. de uerb. oblig.

- 3 Fallit quoque quando quis per eam obligationem a futuro introductam obligaretur ad aliquod merum factum. quia cum statuta sint stricti iuris. utique tenetur præcise ad obseruantiam d. obligationis quod not. Deci. consi. 645. nu. 6. ii. uol. 2. Aret. consi. 14. col. 3.

- 4 Fallit quando quis habet modum facultatem & communitatem tradendi, quia eo casu potest cogi ad tradendum præcise. Ita Bar. & glo. in l. i. ff. de act. empri. & l. excepto. in princ. ff. eo. tit. Bal. in l. fi. C. de pact. Ang. Aret. consi. 28. col. i. uersu. plus dicit Bal. Deci. not. consi. 503. nu. 2. uol. 2.